eines Sechstels mehr der Hälfte eines Achtels des ganzen Quadrates.[1])

Wir haben also auch das Quadrat AE in 7 Teile geteilt; mithin ist die ganze Figur ABGD in 14 Teile geteilt, welche zu ihr in Verhältnis stehen; und das ist, was wir wollten.

---

1) Pentagonum illud $= \frac{1}{2} AG \div \left(\frac{1}{12} + \frac{1}{12} + \frac{1}{12} + \frac{1}{16} + \frac{1}{24}\right) AG = AG\left(\frac{1}{2} \div \frac{17}{48}\right) = \frac{7}{48} AG = \left(\frac{1}{2}\left(\frac{1}{6}\right) + \frac{1}{2}\left(\frac{1}{8}\right)\right) AG.$

---

3 Quadrat] *h. e.* Rechteck. 5 *In fine add.*: beendigt wurde das Buch des Archimedes über die Figur Stomaschion am Montag den 6. Rabîʿ I. 1061 *codd.* (h. e. mense Martio 1651).

DE MECHANICIS PROPOSITIONIBUS AD ERATOSTHENEM METHODUS.

46r col. 2 Ἀρχιμήδους Περὶ τῶν μηχανικῶν θεωρημάτων πρὸς Ἐρατοσθένην ἔφοδος.

Ἀρχιμήδης Ἐρατοσθένει εὖ πρά|ττειν.

Ἀπέστειλά σοι πρότερον | τῶν εὑρημένων θεωρημάτων | ἀναγράψας αὐτῶν τὰς προτά|σεις φάμενος εὑρίσκειν ταύτας | τὰς ἀποδείξεις, ἃς οὐκ εἶπον | ἐπὶ τοῦ παρόντος· ἦσαν δὲ τῶν ἀ|πεσταλμένων θεωρημάτων | αἱ προτάσεις αἵδε· τοῦ μὲν | πρώτου· ἐὰν εἰς πρίσμα ὀρθὸν πα|ραλληλόγραμμον ἔχον βάσιν | κύλινδρος ἐγγραφῇ τὰς μὲν | βάσεις ἔχων ἐν τοῖς ἀπεναν-|τίον παραλληλογράμμοις, τὰς | δὲ πλευρὰς ἐπὶ τῶν
43v col. 2 λοιπῶν τοῦ | πρίσματος ἐπιπέδων, καὶ διά τε | ⟨τοῦ κέντρου τοῦ κύκλου,⟩ | ὅς ἐστι βάσις τοῦ κυλίνδρου, καὶ μι|ᾶς πλευρᾶς τοῦ τετραγώνου τοῦ | ἐν τῷ κατεναντίον ἐπιπέδῳ | ἀχθῇ ἐπίπεδον, τὸ ἀχθὲν ἐπί|πεδον ἀποτεμεῖ τμῆμα ἀπὸ | τοῦ κυλίνδρου, ὅ ἐστι περιεχόμε|νον ὑπὸ δύο ἐπιπέδων καὶ ἐπι|φανείας κυλίνδρου, ἑνὸς μὲν | τοῦ ἀχθέντος, ἑτέρου δέ, ἐν ᾧ ἡ | βάσις ἐστὶν τοῦ κυλίνδρου, τῆς δὲ ἐπιφανείας τῆς με-|ταξὺ τῶν εἰρημένων ἐπιπέ|δων, τὸ δὲ ἀποτμηθὲν ἀπὸ τοῦ | κυλίνδρου τμῆμα ἕκτον μέρος | ἐστὶ τοῦ ὅλου πρίσματος. | τοῦ δὲ ἑτέρου θεωρήματος ἡ πρότασ|ις
46v col. 1 ἥδε· ἐὰν εἰς κύβον κύλινδρος | ἐγγραφῇ τὰς μὲν βάσεις ἔχων | πρὸς τοῖς κατεναντίον παραλλη|λογράμμοις, τὴν δὲ ἐπιφάνειαν | τῶν λοιπῶν τεσσάρων ἐπιπέ|δων ἐφαπ-

Archimedis De mechanicis propositionibus ad Eratosthenem methodus.

Archimedes Eratostheni s.

Antea ex theorematis a me inuentis quaedam tibi misi perscriptis eorum propositionibus eas te iubens demonstrationes inuenire, quas nondum indicaueram; theorematum autem, quae miseram, hae erant propositiones: primi, si in prisma rectum basim quadratam[1]) habens cylindrus inscribitur bases in quadratis[1]) oppositis habens, latera autem in reliquis planis prismatis, et per centrum circuli, qui basis est cylindri, unumque latus quadrati in opposito plano positi planum ducitur, planum ita ductum a cylindro segmentum abscindet duobus planis superficieque cylindri comprehensum, scilicet plano ducto alteroque, in quo est basis cylindri, et superficie inter haec plana posita, segmentum autem a cylindro abscisum sexta pars erit totius prismatis. alterius uero theorematis propositio haec est: si in cubum cylindrus inscribitur bases ad quadrata opposita habens, superficiem autem reliqua quattuor plana contingentem, et in eundem

1) Pro παραλληλόγραμμον lin. 9, 11, 24 scribendum aut certe intellegendum τετράγωνον.

8 sqq. Hero, Metr. p. 130, 15 sqq. (ἐν τῷ Ἐφοδικῷ). 22 sqq. ibid. p. 130, 25 sqq. (ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ).

13 ὅς] ὅ C. **16** ἀποτεμεῖ] ἀποτεμῇ. **19** δὲ ἐπιφανείας τῆς] om. **20** δὲ] om. **25** ἐφαπτομένην] ἐφαπτόμενος, quod frustra defendit *Reinach*.

τομένην, ἐγγραφῇ δ̣ὲ̣ καὶ | ἄλ̣λος κύλινδρος εἰς τὸν αὐτὸν κύ|β̣ον τὰς μὲν βάσεις ἔχων ἐν ἄλλο̣ι̣ς̣ | παραλληλογράμμοις, τὴν δὲ ἐπι|φάνειαν τῶν λοιπῶν τεσσάρων | ἐπιπέδων ἐφαπτομένην, τὸ πε|ριληφθὲν σχῆμα ὑπὸ τῶν ἐπι|φανειῶν τῶν κυλίνδρων, ὃ̣ ἐστιν | ἐν ἀμφοτέροις τοῖς κυλίνδροις, | δίμο̣ι̣ρόν ἐστι τοῦ ὅλου κύβου. συμ|βαίνει δὲ ταῦτα τὰ θεωρήματα | διαφέρειν τῶν πρότερον εὑ̣ρη|μένων· ἐκεῖνα μὲν γὰρ τὰ σχή|ματα, τά τε̣ κωνοειδῆ καὶ | σφαιροειδῆ καὶ τὰ τμήματα | 43r col. 1 ⟨α̣ὐ̣τ̣ῶ̣ν̣, τ̣ῷ μ̣ε̣γ̣έ̣θ̣ε̣ι̣ σ̣χ̣ή̣μ̣α̣σ̣ι̣⟩ | κώνων καὶ κυλίνδρων συνε|κρ̣ί̣ναμεν, ἐπιπέδοις δὲ περι|εχομένῳ στερεῷ σχήματι οὐ|δὲν αὐτῶν ἴσον ἐὸν εὕρηται, | τούτων δὲ τῶν σχημάτων τῶν | δυσὶν ἐπιπέδοις καὶ ἐπιφανεί|αι̣ς κυλίνδρων ἕκαστον ἑ̣ν̣ὶ̣ τῶν̣ | ἐπιπέδοις περιεχομένων στερ|εῶν σχημάτων ἴσον εὑρίσκεται.

Τούτων δὴ τῶν θεωρημάτων | τὰς ἀποδείξεις ἐν τῷδε τῷ βι|βλίῳ γράψας ἀποστελῶ σοι.

Ὁρῶν δέ σε, καθάπερ λέγω, σπου|δαῖον καὶ φιλοσοφί̣α̣ς προεστῶ|τα ἀ̣ξιολόγως καὶ τὴν ἐν τοῖς | μ̣α̣θ̣ή̣- 46v col. 2 μασιν̣ κατὰ τὸ ὑ̣πο̣π̣ίπτον | θεωρίαν τετιμηκότα ἐδοκίμα|σα γράψαι σοι καὶ εἰς τὸ αὐτὸ βιβλί|ον ἐξορίσα̣ι̣ τρόπου τινὸς ἰδιό|τητα, καθ᾽ ὃ̣ν σ̣οι πα̣ρ̣εχόμενον | ἔσται λαμβάνειν ἀφορμὰς εἰς | τὸ δύνασθαί τινα τῶν ἐν̣ τοῖς | μαθήμασι θεωρεῖν διὰ τῶν | μηχανικῶν. τοῦτο δὲ πέπεισμα̣ι̣ χ̣ρ̣ή|σιμον εἶνα̣ι̣ οὐδὲν ἧσσον καὶ εἰς τὴν | ἀπόδειξιν αὐτῶν τῶν θεωρη|μάτων. καὶ γάρ τινα τῶν πρότερον μο̣ι̣ φα|νέ̣ντων μηχανικῶς ὕστερον γε|ωμετρικῶς ἀπε̣δείχθη διὰ τὸ | χωρὶς ἀποδείξεως εἶναι τὴν διὰ τούτου τοῦ | τρόπου θεωρίαν· ἑτοιμότερον γάρ | ἐστι προλαβόντα διὰ τοῦ τρόπου γνῶ|σίν τινα τῶν ζητημάτων πο|ρίσασθαι τὴν ἀπόδειξιν μᾶλ-

4 ἐφαπτομένην] ἐφαπτόμενος. 11 ἐπιπέδοις] ἐπιπέδων. 13 κυλίνδρων] sc. περιεχομένων. 14 ἐπιπέδοις] ἐπιπέδῳ. 15 στερεῶν σχημάτων] στερεῷ̣ι̣ σχήματι̣. 17 ἀποστελῶ] fort. ἀποστέλλω. 25 πέπεισμαι] πέπισμαι. 27 τινα τῶν] om. πρότερον] προτέρων. 29 τούτου] om.; add. *Reinach*.

cubum alius quoque cylindrus inscribitur bases in aliis quadratis[1]) habens, superficiem autem reliqua quattuor plana contingentem, figura superficiebus cylindrorum comprehensa, quae intra utrumque cylindrum posita est, duae partes est totius cubi. accidit autem, ut hae propositiones ab inuentis antea differant; illas enim figuras, conoidea sphaeroideaque et eorum segmenta, magnitudine cum figuris conorum cylindrorumque comparauimus, planis uero comprehensae figurae solidae nulla earum aequalis inuenta est, at hae figurae, quae duobus planis superficiebusque cylindrorum comprehenduntur, utraque[2]) figurae solidae earum, quae planis comprehenduntur, aequalis inuenitur.

Harum igitur propositionum demonstrationes in hoc libro perscriptas tibi mitto.

Cum autem, sicut dixi,[3]) studiosum te cognouerim philosophiamque egregie docentem nec quaestiones mathematicas, si quando occurrunt, spernentem, methodi cuiusdam proprietatem tibi perscribere et in eodem libro exponere constitui, qua niso tibi licebit facultatem adipisci mathematica quaedam per mechanica examinandi. quod mihi persuasum est etiam ad ipsas propositiones demonstrandas aeque utile esse; nam earum quoque, quas antea perspexeram per mechanicam, quaedam postea geometrice demonstratae sunt, quia examinatio hac methodo facta demonstrationem non adfert; magis enim in promptu est demonstrationem comparare aliqua notione eorum, quae quaeruntur, prius per hanc methodum procurata, potius quam sine ulla notione

1) Cfr. p. 428 not. 1.
2) Lin. 14 debuit scribi ἑκάτερον.
3) Spectat fortasse ad p. 426, 5 sq.

43r col. 2 λον | ἢ μηδενὸς ἐγνωσμένου ζητεῖν. | ⟨. . . . . . διόπερ καὶ τῶν θεωρη⟩|μάτων τούτων, ὧν Εὔδοξος ἐξηύρη|κεν πρῶτος τὴν ἀπόδειξιν, | περὶ τοῦ κώνου καὶ τῆς πυραμίδος, | ὅτι τρίτον μέρος ὁ μὲν κῶνος | τοῦ κυλίνδρου, ἡ δὲ πυραμὶς τοῦ | πρίσματος, τῶν βάσιν ἐχόν|των τὴν αὐτὴν καὶ ὕψος ἴσον, οὐ | μικρὰν ἀπονείμαι ἄν τις Δημο|κρίτῳ μερίδα πρώτῳ τὴν ἀ|πόφασιν τὴν περὶ τοῦ εἰρημέ|νου σχήματος χωρὶς ἀποδείξε|ως ἀποφηναμένῳ. ἡμῖν δὲ | συμβαίνει καὶ τοῦ νῦν ἐκδιδο|μένου θεωρήματος τὴν εὕρεσιν | ὁμοίαν ταῖς πρότερον γεγενῆσθαι· | ἠβουλήθην δὲ τὸν τρό-
57r col. 1 πον ἀνα|γράψας ἐξενεγκεῖν ἅμα μὲν | καὶ διὰ τὸ·προειρηκέναι ὑπὲρ | αὐτοῦ, μή τισιν δοκῶμεν κενὴν | φωνὴν καταβεβλῆσθαι, ἅμα | δὲ καὶ πεπεισμένος εἰς τὸ μάθη|μα οὐ μικρὰν ἂν συμβαλέσθαι χρεί|αν· ὑπολαμβάνω γάρ τινας ἢ τῶν ὄντων ἢ ἐπιγινομένων διὰ | τοῦ ἀποδειχθέντος τρόπου καὶ | ἄλλα θεωρήματα οὔπω ἡμῖν συν|παραπεπτωκότα εὑρήσειν.

γρά|φομεν οὖν πρῶτον τὸ καὶ πρῶ|τον φανὲν διὰ τῶν μηχανικῶν, | ὅτι πᾶν τμῆμα ὀρθογωνίου κώ|νου τομῆς ἐπίτριτόν ἐστιν τρι|γώνου τοῦ βάσιν ἔχοντος τὴν | αὐτὴν καὶ ὕψος ἴσον, μετὰ δὲ τοῦ|το ἕκαστον τῶν διὰ τοῦ αὐτοῦ τρόπου | θεωρηθέντων· ἐπὶ τέλει δὲ τοῦ βι|βλίου γράφομεν τὰς γεωμετρι|⟨κὰς ἀποδεί-
64v col. 1 ξεις ἐκείνων τῶν⟩ | ⟨θεωρημάτων, ὧν τὰς προ⟩|τάσεις ἀπεστείλαμέν ⟨σοι πρότερον⟩.

ΠΡΟΛΑΜΒΑΝΟΜΕΝΑ.

Ἐὰν ἀπὸ μεγέθους μέγεθος ἀ|φαιρεθῇ, ⟨τὸ δὲ αὐτὸ 1
σημεῖον κέν⟩|τρον τοῦ βάρους ⟨ᾖ τοῦ τε ὅλου⟩ | καὶ

praeuia quaerere. quare etiam earum propositionum, quarum demonstrationem Eudoxus primus repperit, de cono et pyramide, tertiam scilicet partem esse conum cylindri, pyramidem autem prismatis, eandem basim altitudinemque aequalem habentium, haud exiguam partem tribueris Democrito, qui primus de figuris, quas diximus, hoc edixit sine demonstratione. nobis autem accidit, ut earum quoque propositionum, quas nunc edimus, inuentio prioribus similis euenerit; methodum autem perscriptam in publicum edere statui, simul quia de ea antea significaueram, ne uana praedicasse uiderer, simul autem etiam, quia mihi persuasum erat, haud exiguam utilitatem inde ad mathematicam redundaturam esse; confido enim, nonnullos eorum, qui sunt, aut qui futuri sunt, hac methodo monstrata alias quoque propositiones, quae nobis nondum in mentem uenerint, inuenturos esse.

Primum igitur perscribimus, quod etiam primum perspeximus per mechanica, quoduis segmentum sectionis coni rectanguli tertia parte maius esse triangulo basim eandem habenti altitudinemque aequalem, deinceps autem singula, quae eadem methodo examinauimus; in extremo autem libro geometricas eorum theorematum demonstrationes perscribimus, quorum propositiones antea tibi misimus.

LEMMATA.

1. Si a magnitudine magnitudo aufertur, et idem punctum centrum grauitatis est totius ablataeque, reliquae centrum grauitatis est idem punctum.

---

2 ὧν] om. 3 περὶ] . ε . 7 ἂν] om. 8 τοῦ εἰρημένου σχήματος] fort. τῶν εἰρημένων σχημάτων. 9 τοῦ νῦν ἐκδιδομένου θεωρήματος] fort. τῶν νῦν ἐκδιδομένων θεωρημάτων. πεπεισμένος] πεπεισμένοις. 15 ἂν] om. 16 ἐπιγινομένων] ἐπιγεινομένων. 23 τῶν] om. 24—25 suppleui praeeunte *Theodoro Reinach.* 26 suppleuit *Reinach.* 27 addidi.

τοῦ ἀφαιρουμένου, ⟨τοῦ⟩ | λοιποῦ τὸ αὐτὸ σημεῖον
⟨κέντρον⟩ | ἐστὶ τοῦ βάρους.
⟨Ἐὰν ἀπὸ μεγέ⟩|θους μέγεθο⟨ς ἀφαιρεθῇ, ᾖ δὲ⟩ | 2
μὴ τὸ αὐτὸ σημεῖον κέντρον | τοῦ βάρους τοῦ τε ὅλου
μεγέθους | καὶ τοῦ ἀφαιρουμένου μεγέθους, | τὸ κέν-
τρον ἐστὶ τοῦ βάρους τοῦ | λοιποῦ μεγέθους ἐπὶ τῆς
⟨εὐθείας⟩ | τῆς ἐπιζευγνυούσης τὰ κέντρα | τοῦ βάρους
τοῦ τε ὅλου ⟨καὶ⟩ | ⟨τοῦ ἀφαιρουμέ⟩νου ἐκβεβλη-|
57r col. 2 μένης καὶ ἀφαιρεθείσης ἀπ' αὐ|τῆς πρὸς τὴν μεταξὺ
τῶν εἰρημέ|νων κέντρων τοῦ βάρους τοῦτον | ἐχούσης
τὸν λόγον, ὃν ἔχει τὸ βάρος | τοῦ ἀφῃρημένου μεγέθους
πρὸς | τὸ [λοιπὸν] βάρος τοῦ λοιποῦ μεγέθους.
Ἐὰν ὁποσωνοῦν μεγεθέων τὸ κέν|τρον τοῦ βάρους 3
ἐπὶ τῆς αὐτῆς | εὐθείας ᾖ, καὶ τοῦ ἐκ πάντων συγ-|
κειμένου μεγέθους τὸ κέντρον ἔσται | ἐπὶ τῆς αὐτῆς
εὐθείας.
Πάσης | εὐθείας τὸ κέντρον ἐστὶ τοῦ βάρους | ἡ δι- 4
χοτομία τῆς εὐθείας.
Παντὸς | τριγώνου τὸ κέντρον ἐστὶν τοῦ βά|ρους 5
τὸ σημεῖον, καθ' ὃ αἱ ἐκ τῶν | γωνιῶν τοῦ τριγώνου
ἐπὶ μέσας | τὰς πλευρὰς ἀγόμεναι εὐθεῖαι | τέμνουσιν
ἀλλήλας.
Παντὸς πα|ραλληλογράμμου τὸ κέντρον ἐστὶν | ⟨τοῦ 6
βάρους τὸ σημεῖον, καθ' ὃ αἱ | διάμετροι συμπίπτουσιν.
64v col. 2 Κύκλου⟩ | τὸ κέντρον τοῦ βάρους ἐστίν, ὃ καὶ | 7
⟨τοῦ κύκλου⟩ ἐστὶ κέντρον.
Παντὸς | κυλίνδρου τὸ κέντρον τοῦ βάρους | ἐστὶν 8
ἡ διχοτομία τοῦ ἄξονος.
Παν|τὸς πρίσματος τὸ κέντρον ἐστὶ τοῦ | βάρους ἡ 9
διχοτομία τοῦ ἄξονος.
Παν|τὸς κώνου τὸ κέντρον ἐστὶν τοῦ βά|ρους ἐπὶ 10

2. Si a magnitudine magnitudo aufertur, nec idem punctum centrum grauitatis est totius magnitudinis magnitudinisque ablatae, reliquae magnitudinis centrum grauitatis positum est in recta centra grauitatis totius ablataeque iungenti producta, ablata ab ea recta, quae ad rectam inter centra grauitatis, quae diximus, positam eam rationem habet, quam habet pondus magnitudinis ablatae ad pondus reliquae magnitudinis.[1])

3. Si quotlibet magnitudinum centra grauitatis in eadem recta posita sunt, centrum magnitudinis ex omnibus compositae ipsum quoque in eadem recta positum erit.[2])

4. Cuiusuis rectae centrum grauitatis punctum medium est rectae.[3])

5. Cuiusuis trianguli centrum grauitatis est punctum, in quo rectae ab angulis trianguli ad media latera ductae inter se secant.[4])

6. Cuiusuis parallelogrammi centrum grauitatis est punctum, in quo diametri concurrunt.[5])

7. Circuli centrum grauitatis est punctum, quod idem centrum est circuli.

8. Cuiusuis cylindri centrum grauitatis est punctum medium axis.

9. Cuiusuis prismatis centrum grauitatis est punctum medium axis.[6])

10. Cuiusuis coni centrum grauitatis in axe positum est ita diuiso, ut pars ad uerticem posita triplo maior sit reliqua.

---

1) Demonstratur De plan. aequil. I, 8.
2) Supponitur De plan. aequil. I, 4 p. 128, 22; 13 p. 152, 10; II, 2 p. 170, 3; 5 p. 178, 9. cfr. De plan. aequil. I, 5.
3) Cfr. De plan. aequil. I, 4.
4) Est De plan. aequil. I, 14.
5) Est De plan. aequil. I, 10.
6) Contra usum loquendi Euclidis de axe corporis non per reuolutionem orti loquitur. si uerum est πρίσματος, axis ea recta est, quae centra grauitatis basis planique oppositi coniungit.

---

10 ἐχούσης] ἔχουσα. **12** λοιπὸν] deleo.

τοῦ ἄξονος διαιρεθέντος | οὕτως, ὥστε τὸ πρὸς τῇ κορυφῇ τμῆ|μα τριπλάσιον εἶναι τοῦ λοιποῦ.

Χρη|σόμεθα δὲ καὶ [ἐν τῷ προγεγραμ|μένῳ Κωνοειδῶν] τῷδε τῷ θεωρή|ματι· Ἐὰν ὁποσαοῦν μεγέθη 11
ἄλ|λοις μεγέθεσιν ἴσοις τὸ πλῆθος | κατὰ δύο τὸν αὐτὸν ἔχῃ λόγον τὰ ὁ|μοίως τεταγμένα, ᾖ δὲ τὰ πρῶτα |
57ᵛ col. 1 μεγέθη πρὸς ἄλλα μεγέθη ἐν λόγοις ὁποιοισοῦν, ἢ τὰ | πάντα ἢ τινα αὐτῶν, καὶ τὰ ὕστε|ρον μεγέθη πρὸς ἄλλα μεγέθη τὰ ὁμόλογα ἐν | τοῖς αὐτοῖς λόγοις ᾖ, πάντα τὰ | πρῶτα μεγέθη πρὸς πάντα τὰ | λεγόμενα τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, | ὃν ἔχει πάντα τὰ ὕστερον πρὸς | πάντα τὰ λεγόμενα.

α'.

Ἔστω | τμῆμα τὸ ΑΒΓ περιεχόμενον | ὑπὸ εὐθείας τῆς ΑΓ καὶ ὀρθο|γωνίου κώνου τομῆς τῆς ΑΒΓ, | καὶ τετμήσθω δίχα ἡ ΑΓ τῷ Δ, | καὶ παρὰ τὴν διάμετρον ἤχθω ἡ | ΔΒΕ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΑΒ, | ΒΓ.

λέγω, ὅτι ἐπίτριτόν ἐστιν τὸ ΑΒΓ | τμῆμα τοῦ ΑΒΓ τριγώνου.

ἤχθω|σαν ἀπὸ τῶν Α, Γ σημείων ἡ μὲν | ΑΖ παρὰ τὴν ΔΒΕ, ἡ δὲ ΓΖ ἐπιψαύ|ουσα τῆς τομῆς, καὶ ἐκ-
64ʳ col. 1 βεβλήσ|⟨θω ἡ ΓΒ ἐπὶ τὸ Κ, καὶ κείσθω τῇ ΓΚ | ἴση ἡ ΚΘ⟩. νοείσθω ζυγὸς ὁ ΓΘ καὶ | μέσον αὐτοῦ τὸ Κ καὶ τῇ ΕΔ πα|ράλληλος τυχοῦσα ἡ ΜΞ.

α'] Hero, Metr. p. 80, 17 sqq. (ἐν τῷ Ἐφοδικῷ); 84, 11 sqq.

3 ἐν — Κωνοειδῶν] deleo. 4 τῷ] om. 5 ἴσοις] ἴσα. 7 πρὸς ἄλλα μεγέθη] om. λόγοις] τόποις. 9 ἄλλα μεγέθη] om. 13 α'] om.

1) Demonstratur De conoid. et sphaeroid. 1. sed uerba lin. 3 ἐν τῷ προγεγραμμένῳ Κωνοειδῶν et forma neglegentiore et collocatione praua interpolata esse monstrantur; e margine irrepserunt.

11. Utemur autem hac quoque propositione:[1] si quotlibet magnitudines ad alias magnitudines numero aequales binae ad binas, quae eodem loco positae sunt, eandem rationem habent, et priores magnitudines ad alias magnitudines quaslibet rationes habent aut omnes aut aliquot earum, posteriores autem magnitudines ad alias magnitudines, quae eodem loco positae sunt, easdem rationes habent, omnes magnitudines priores ad omnes, quae cum iis in proportione sunt, eandem rationem habent, quam omnes posteriores ad omnes, quae cum iis in proportione sunt.

I.

Sit segmentum $AB\Gamma$ comprehensum recta $A\Gamma$ sectioneque coni rectanguli $AB\Gamma$, et $A\Gamma$ in Δ in duas partes aequales



secetur, diametro autem parallela ducatur ΔBE, et ducantur AB, $B\Gamma$.

Dico, segmentum $AB\Gamma$ tertia parte maius esse triangulo $AB\Gamma$.

A punctis A, Γ ducantur AZ rectae ΔBE parallela, ΓZ autem sectionem contingens, et ΓB ad K producatur, ponaturque $K\Theta = \Gamma K$. recta $\Gamma\Theta$ libra fingatur punctumque eius medium K, et $M\Xi$ recta aliqua rectae $E\Delta$ parallela.

ἐπεὶ οὖν | παραβολή ἐστιν ἡ ΓΒΑ, καὶ ἐφά|πτεται ἡ ΓΖ, καὶ τεταγμένως ἡ | ΓΔ, ἴση ἐστὶν ἡ ΕΒ τῇ ΒΔ· τοῦτο γὰρ ἐν | τοῖς στοιχείοις δείκνυται· διὰ δὴ | τοῦτο, καὶ διότι παράλληλοί εἰσιν | αἱ ΖΑ, ΜΞ τῇ ΕΔ, ἴση ἐστὶν καὶ ἡ | μὲν ΜΝ τῇ ΝΞ, ἡ δὲ ΖΚ τῇ ΚΑ. | καὶ ἐπεί ἐστιν, ὡς ἡ ΓΑ πρὸς ΑΞ, οὕ|τως ἡ ΜΞ πρὸς ΞΟ [τοῦτο γὰρ ἐν | λήμματι δείκνυται], ὡς δὲ ἡ ΓΑ πρὸς | ΑΞ, οὕτως ἡ ΓΚ πρὸς ΚΝ, καὶ ἴση | ἐστὶν ἡ ΓΚ τῇ ΚΘ, ὡς ἄρα ἡ ΘΚ | πρὸς ΚΝ,
57v col. 2 οὕτως ἡ ΜΞ πρὸς ΞΟ. | καὶ ἐπεὶ τὸ Ν σημεῖον κέντρον | τοῦ βάρους τῆς ΜΞ εὐθείας ἐστίν, | ἐπείπερ ἴση ἐστὶν ἡ ΜΝ τῇ ΝΞ, | ἐὰν ἄρα τῇ ΞΟ ἴσην θῶμεν τὴν ΤΗ | καὶ κέντρον τοῦ βάρους αὐτῆς τὸ | Θ, ὅπως ἴση ᾖ ἡ ΤΘ τῇ ΘΗ, ἰσορ|ροπήσει ἡ ΤΘΗ τῇ ΜΞ αὐτοῦ με|νούσῃ διὰ τὸ ἀντιπεπονθότως | τετμῆσθαι τὴν ΘΝ τοῖς ΤΗ, ΜΞ | βάρεσιν, καὶ ὡς τὴν ΘΚ πρὸς ΚΝ, | οὕτως τὴν ΜΞ πρὸς τὴν ΗΤ· ὥσ|τε τοῦ ἐξ ἀμφοτέρων βάρους κέν|τρον ἐστὶν τοῦ βάρους τὸ Κ. ὁμοί-|ως δὲ καί, ὅσαι ἂν ἀχθῶσιν | ἐν τῷ ΖΑΓ τριγώνῳ παράλλη|λοι τῇ ΕΔ, ἰσορροπήσουσιν αὐ|τοῦ μένουσαι ταῖς ἀπολαμβα|νομέναις ἀπ᾽ αὐτῶν ὑπὸ τῆς | τομῆς μετενεχθείσαις ἐπὶ τὸ | ⟨Θ, ὥστε εἶναι τοῦ ἐξ ἀμφοτέ⟩|ρων κέντρον τοῦ βάρους τὸ Κ. | καὶ ἐπεὶ ἐκ μὲν
64r col. 2 τῶν ἐν τῷ ΓΖΑ | τριγώνῳ τὸ ΓΖΑ τρίγωνον συνέστηκεν, ἐκ δὲ τῶν | ἐν τῇ τομῇ ὁμοίως τῇ ΞΟ λαμ-|βανομένων συνέστηκε τὸ ΑΒΓ | τμῆμα, ἰσορροπήσει ἄρα τὸ | ΖΑΓ τρίγωνον αὐτοῦ μένον τῷ | τμήματι τῆς τομῆς τεθέν|τι περὶ κέντρον τοῦ βάρους τὸ Θ | κατὰ τὸ Κ σημεῖον, ὥστε τοῦ ἐ|ξ ἀμφοτέρων κέντρον εἶναι | τοῦ βάρους τὸ Κ. τετμήσθω δὴ | ἡ ΓΚ τῷ Χ, ὥστε τριπλασίαν | εἶναι τὴν ΓΚ τῆς ΚΧ· ἔσται ἄρα |

iam quoniam $\Gamma B A$ parabola[1]) est, ΓZ autem contingit et ordinate ducta est $\Gamma\Delta$, erit $EB = B\Delta$; hoc enim in elementis[2]) demonstratur; ea igitur de causa, et quia ZA, $M\Xi$ rectae $E\Delta$ parallelae sunt, erit etiam [Eucl. VI, 4; V, 9] $MN = N\Xi$ et $ZK = KA$. et quoniam est

$$\Gamma A : A\Xi = M\Xi : \Xi O,^{3)} \text{ et } \Gamma A : A\Xi = \Gamma K : KN$$

[Eucl. VI, 2; V, 18], et $\Gamma K = K\Theta$, erit $\Theta K : KN = M\Xi : \Xi O$. et quoniam punctum N centrum grauitatis est rectae $M\Xi$ [lemm. 4], quia $MN = N\Xi$, si ponimus $TH = \Xi O$ et Θ centrum grauitatis eius, ita ut sit $T\Theta = \Theta H$ [lemm. 4], recta $T\Theta H$ cum recta $M\Xi$ suo loco manenti aequilibritatem seruabit, quia ΘN in contraria ratione ponderum TH, $M\Xi$ secta est, et $\Theta K : KN = M\Xi : HT$ [De plan. aequil. I, 6—7]; quare magnitudinis ex utraque compositae centrum grauitatis est K [lemm. 3]. similiter autem, quotcunque in triangulo $ZA\Gamma$ rectae $E\Delta$ parallelae rectae ducuntur, ipsae quoque suo loco manentes aequilibritatem seruabunt cum partibus suis, quae sectione abscinduntur, ad Θ ita transpositis, ut magnitudinis ex utraque compositae centrum grauitatis sit K. et quoniam ex rectis in triangulo $\Gamma Z A$ ductis triangulus $\Gamma Z A$ constat, ex rectis autem in sectione eodem modo, quo ΞO, sumptis segmentum $AB\Gamma$, triangulus $ZA\Gamma$ suo loco manens cum segmento sectionis circum Θ centrum grauitatis posito aequilibritatem seruabit in puncto K, ita ut magnitudinis ex utraque compositae centrum grauitatis sit K. puncto igitur X recta ΓK ita diuidatur, ut sit $\Gamma K = 3\,KX$; itaque X centrum grauitatis erit trianguli

1) Hoc quoque uestigium est interpolationis; Archimedes scripserat ὀρθογωνίου κώνου τομά.

2) Sc. conicorum Euclidis et Aristaei; est Quadrat. parab. 2.

3) Est Quadrat. parab. 5 coll. Eucl. V, 18. uerba τοῦτο — δείκνυται lin. 7 interpolatoris sunt; lemma, quod idem sine dubio in mg. addiderat, nunc non comparet.

6 ΓΑ] ΓΔ. 7 ΞΟ] ΞΘ. τοῦτο — δείκνυται] deleo. 14 ᾖ] om. 19 ἂν] ἐάν. 20 ΕΔ] ΗΔ. μένουσαι] μενούσαις. 23 κέντρον] κέντρων. 24 τὸ ΓΖΑ τρίγωνον] om.

τὸ X σημεῖον κέντρον βάρους | τοῦ $AZ\Gamma$ τριγώνου·
66r col. 1 δέδεικται γὰρ | ἐν τοῖς Ἰσορροπικοῖς. ἐπεὶ οὖν ἰ|σόρρο-
πον τὸ $ZA\Gamma$ τρίγωνον αὐ|τοῦ μένον τῷ $BA\Gamma$ τμή-
ματι κατὰ | τὸ K τεθέντι περὶ τὸ Θ κέντρον | τοῦ
βάρους, καί ἐστιν τοῦ $ZA\Gamma$ τρι|γώνου κέντρον βά-
ρους τὸ X, ἔστιν | ἄρα, ὡς τὸ $AZ\Gamma$ τρίγωνον πρὸς |
τὸ $AB\Gamma$ τμῆμα κείμενον περὶ τὸ | Θ κέντρον, οὕτως
ἡ ΘK πρὸς XK. | τριπλασία δέ ἐστιν ἡ ΘK τῆς KX·
τρι|πλάσιον ἄρα καὶ τὸ $AZ\Gamma$ τρίγωνον | τοῦ $AB\Gamma$
τμήματος. ἔστι δὲ καὶ | τὸ $ZA\Gamma$ τρίγωνον τετραπλά-
σιον | τοῦ $AB\Gamma$ τριγώνου διὰ τὸ ἴσην εἶναι | τὴν μὲν
ZK τῇ KA, τὴν δὲ $A\Delta$ τῇ | $\Delta\Gamma$· ἐπίτριτον ἄρα ἐστὶν
τὸ $AB\Gamma$ τμῆ|μα τοῦ $AB\Gamma$ τριγώνου. [τοῦτο οὖν | φα-
νερόν ἐστιν].

71v col. 1

β'.

Τοῦτο δὴ διὰ μὲν τῶν νῦν εἰρημένων | οὐκ ἀποδέ-
δεικται, ἔμφασιν δέ | τινα πεποίηκε τὸ συμπέρασμα |
ἀληθὲς εἶναι· διόπερ ἡμεῖς ὁ|ρῶντες μὲν οὐκ ἀποδε-
δειγμέ|νον, ὑπονοοῦντες δὲ τὸ συμπέ|ρασμα ἀληθὲς
εἶναι, τάξο|μεν τὴν γεωμετρουμένην ἀ|πόδειξιν ἐξευ-
ρόντες αὐτοὶ τὴν | ἐκδοθεῖσαν πρότερον.

Ὅτι δὲ πᾶ|σα σφαῖρα τετραπλασία ἐστὶν τοῦ | κώνου
66r col. 2 τοῦ βάσιν μὲν ἔχοντος | ἴσην τῷ μεγίστῳ κύκλῳ τῶν
ἐν | τῇ σφαίρᾳ, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἐκ τοῦ | κέντρου τῆς
σφαίρας, καὶ ὁ κύλιν|δρος ὁ βάσιν μὲν ἔχων ἴσην τῷ |
μεγίστῳ κύκλῳ τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ, | ὕψος δὲ ἴσον τῇ
διαμέτρῳ τῆς σφαί|ρας, ἡμιόλιος τῆς σφαίρας ἐστίν, |
ὧδε θεωρεῖται κατὰ τρόπον τόνδε·

Ἔστω γάρ τις σφαῖρα, ἐν ᾗ μέγιστος | κύκλος ὁ
$AB\Gamma\Delta$, διάμετροι δὲ αἱ | $A\Gamma$, $B\Delta$ πρὸς ὀρθὰς ἀλλή-

$AZ\Gamma$; hoc enim in libro De aequilibriis[1]) demonstratum est. quoniam igitur triangulus $ZA\Gamma$ suo loco manens in puncto K cum segmento $BA\Gamma$ circum Θ centrum grauitatis posito aequilibritatem seruat, et X centrum grauitatis est trianguli $ZA\Gamma$, erit, ut triangulus $AZ\Gamma$ ad segmentum $AB\Gamma$ circum Θ centrum positum, ita $\Theta K : XK$. uerum $\Theta K = 3\,KX$; quare etiam $AZ\Gamma$ triangulus segmento $AB\Gamma$ triplo maior est. sed triangulus $ZA\Gamma$ idem triangulo $AB\Gamma$ quadruplo maior est [ZMP. XXIV p. 179 nr. 7], quia $ZK = KA$ et $A\Delta = \Delta\Gamma$;[2]) ergo segmentum $AB\Gamma$ triangulo $AB\Gamma$ tertia parte maius est.[3])

II.

Hoc igitur per ea, quae nunc diximus, demonstratum illud quidem non est, at significationem quandam dedit, conclusionem ueram esse; quare, cum intellegamus, conclusionem demonstratam non esse, suspicemur autem, eam ueram esse, demonstrationem per geometriam a nobis ipsis inuentam suo loco[4]) proponemus, quam eandem antea edidimus.

Omnem uero sphaeram quadruplo maiorem esse cono basim habenti circulo maximo sphaerae aequalem, altitudinem autem radio sphaerae aequalem, et cylindrum basim habentem circulo maximo sphaerae aequalem, altitudinem autem diametro sphaerae aequalem, dimidia parte maiorem esse sphaera, per hanc methodum sic examinatur:

Sit enim sphaera, cuius circulus maximus $AB\Gamma\Delta$, dia-

1) Cfr. lemm. 5, et u. De plan. aequil. I, 15; II, 5. ZMP. XXIV p. 179 nr. 6ª.
2) Nam $\Delta\Gamma : A\Gamma = \Delta B : AK$ (Eucl. VI, 4), unde
$$\Delta B = \tfrac{1}{2}AK = \tfrac{1}{4}AZ.$$
3) τοῦτο — ἐστιν lin. 13—14 cum lin. 16 sqq. stare nequeunt.
4) Sine dubio in extremo libro.

2 ἐπεὶ] ἔσται. 13 τοῦτο — 14 ἐστιν] deleo. 15 β'] om. Hic fig. p. 435. 20 τάξομεν] quod addubitat *Theodorus Reinach*, nunc praestare possum. 22 τετραπλασία] διπλασία.

λαις οὖ|σαι, ἔστω δὲ κύκλος ἐν τῇ σφαί|ρᾳ περὶ διάμετρον τὴν ΒΔ ὀρθὸς | πρὸς τὸν ΑΒΓΔ κύκλον, καὶ ἀπὸ | τοῦ ὀρθοῦ κύκλου τούτου κῶνος ἀναγε|γράφθω κορυφὴν ἔχων τὸ Α ση|μεῖον, καὶ ἐκβληθείσης τῆς ἐπιφα|νείας αὐτοῦ τετμήσθω ὁ κῶνος ἐπι|πέδῳ διὰ τοῦ Γ παρὰ τὴν βάσιν· | ⟨ποιήσει δὴ κύκλον ὀρθὸν 71v col. 2 πρὸς⟩ | τὴν ΑΓ, καὶ διάμετρος αὐτοῦ ἡ ΕΖ. | ἀπὸ δὲ τοῦ κύκλου τούτου κύλινδρος | ἀναγεγράφθω ἄξονα ἔχων τῇ | ΑΓ ἴσον, πλευραὶ δὲ ἔστωσαν τοῦ κυλίν|δρου αἱ ΕΛ, ΖΗ· καὶ ἐκβεβλήσθω | ἡ ΓΑ, καὶ κείσθω αὐτῇ ἴση ἡ ΑΘ, καὶ | νοείσθω ζυγὸς ὁ ΓΘ, μέσον δὲ αὐ|τοῦ τὸ Α, καὶ ἤχθω τις παράλληλος ὑ|πάρχουσα τῇ ΒΔ ἡ ΜΝ, τεμνέτω | δὲ αὕτη τὸν μὲν ΑΒΓΔ κύκλον κατὰ | τὰ Ξ, Ο, τὴν δὲ ΑΓ διάμετρον κατὰ τὸ Σ, | τὴν δὲ ΑΕ εὐθεῖαν κατὰ τὸ Π, τὴν | δὲ ΑΖ κατὰ τὸ Ρ, καὶ ἀπὸ τῆς ΜΝ | εὐθείας ἐπίπεδον ἀνεστάτω | ὀρθὸν πρὸς τὴν ΑΓ· ποιήσει δὴ τοῦ|το ἐν μὲν τῷ κυλίνδρῳ τομὴν | ⟨κύκλον, οὗ ἔσται διάμετρος ἡ ΜΝ, | ἐν δὲ τῇ ΑΒΓΔ σφαίρᾳ⟩ | κύκλον, οὗ ἔσται 66v col. 1 διάμετρος ἡ ΞΟ, ἐν | δὲ τῷ ΑΕΖ κώνῳ κύκλον, οὗ ἔσται δι|άμετρος ἡ ΠΡ.

καὶ ἐπεὶ ἴσον ἐστὶν τὸ | ὑπὸ ΓΑ, ΑΣ τῷ ὑπὸ ΜΣ, ΣΠ· ἴση γὰρ | ἡ μὲν ΑΓ τῇ ΣΜ, ἡ δὲ ΑΣ τῇ ΠΣ· τῷ δὲ | ὑπὸ ΓΑ, ΑΣ ἴσον ἐστὶν τὸ ἀπὸ ΑΞ, του|τέστιν τὰ ἀπὸ ΞΣ, ΣΠ, ἴσον ἄρα τὸ ὑ|πὸ τῶν ΜΣ, ΣΠ τοῖς ἀπὸ τῶν ΞΣ, ΣΠ. | καὶ ἐπεί ἐστιν, ὡς ἡ ΓΑ πρὸς ΑΣ, οὕτως ἡ | ΜΣ πρὸς ΣΠ, ἴση δὲ ἡ ΓΑ τῇ ΑΘ, ὡς ἄρα | ἡ ΘΑ πρὸς ΑΣ, ἡ ΜΣ πρὸς ΣΠ, τουτέστι τὸ ἀπὸ | ΜΣ πρὸς τὸ ὑπὸ ΜΣ, ΣΠ. τῷ δὲ ὑπὸ ΜΣ, | ΣΠ ἴσα ἐδείχθη τὰ ἀπὸ ΞΣ, ΣΠ· ὡς ἄρα | ἡ ΑΘ πρὸς ΑΣ, οὕτως τὸ ἀπὸ ΜΣ πρὸς τὰ |

1 οὖσαι] οὔσαις. 3 κύκλου] om. 11 ζυγὸς] ὁ ζυγός. 20 τῷ] τό. 21 διάμετρος] ἡ διάμετρος. 23 γὰρ] bis. 24 τῷ] *Reinach*, τό. 25 ὑπὸ] ἀπό. 29 τῷ] τό.

metri autem ΑΓ, ΒΔ inter se perpendiculares, et in sphaera circulus sit circum diametrum ΒΔ ad circulum ΑΒΓΔ perpendicularis, in hoc autem circulo perpendiculari conus construatur uerticem habens punctum Α, et superficie eius producta conus per Γ plano basi parallelo secetur; hoc igitur circulum efficiet ad ΑΓ perpendicularem, eiusque diametrus erit ΕΖ. in hoc autem circulo cylindrus construatur axem habens rectae ΑΓ aequalem, lateraque cylindri sint ΕΛ, ΖΗ; et producatur ΓΑ, eique aequalis ponatur ΑΘ, fingatur autem ΓΘ libra mediumque eius punctum Α, et ducatur recta aliqua ΜΝ rectae ΒΔ parallela circulumque ΑΒΓΔ secet in Ξ, Ο, diametrum autem ΑΓ in Σ et rectam ΑΕ in Π, rectam ΑΖ autem in Ρ, et in recta ΜΝ planum erigatur ad ΑΓ perpendiculare; hoc igitur sectionem efficiet in cylindro circulum, cuius diametrus erit ΜΝ, in sphaera autem ΑΒΓΔ circulum, cuius diametrus erit ΞΟ, in cono ΑΕΖ autem circulum, cuius diametrus erit ΠΡ.



et quoniam $\Gamma A \times A\Sigma = M\Sigma \times \Sigma\Pi$ (nam $A\Gamma = \Sigma M$, $A\Sigma = \Pi\Sigma$ [Eucl. VI, 4]), et $\Gamma A \times A\Sigma = A\Xi^2$ [Eucl. VI, 8 coroll.] $= \Xi\Sigma^2 + \Sigma\Pi^2$ [Eucl. I, 47], erit

$$M\Sigma \times \Sigma\Pi = \Xi\Sigma^2 + \Sigma\Pi^2.$$

et quoniam est $\Gamma A : A\Sigma = M\Sigma : \Sigma\Pi$, et $\Gamma A = A\Theta$, erit

ἀπὸ ΞΣ, ΣΠ. ὡς δὲ τὸ ἀπὸ ΜΣ πρὸς τὰ | ἀπὸ ΞΣ, ΣΠ, οὕτως τὸ ἀπὸ ΜΝ πρὸς τὰ | ἀπὸ ΞΟ, ΠΡ, ὡς δὲ τὸ ἀπὸ ΜΝ πρὸς τὰ | ἀπὸ ΞΟ, ΠΡ, οὕτως ὁ κύκλος ὁ ἐν τῷ | κυλίνδρῳ, οὗ διάμετρος ἡ ΜΝ, πρὸς | ⟨ἀμφοτέρους τοὺς κύκλους τόν τε | ἐν τῷ κώνῳ, οὗ
71r col. 1 διάμετρος ἡ ΠΡ,⟩ | καὶ τὸν ἐν τῇ σφαίρᾳ, οὗ ἐστιν διά|μετρος ἡ ΞΟ· ὡς ἄρα ἡ ΘΑ πρὸς ΑΣ, οὕτως | ὁ κύκλος ὁ ἐν τῷ κυλίνδρῳ πρὸς τοὺς | κύκλους τόν τε ἐν τῇ σφαίρᾳ καὶ | τὸν ἐν τῷ κώνῳ. ἐπεὶ οὖν, ὡς ἡ ΘΑ | πρὸς ΑΣ, οὕτως αὐτὸς ὁ κύκλος ὁ ἐν | τῷ κυλίνδρῳ αὐτοῦ μένων ἀμφο|τέροις τοῖς κύκλοις, ὧν εἴσιν διάμε|τροι αἱ ΞΟ, ΠΡ, μετενεχθεῖσιν καὶ τε-|θεῖσιν οὕτως ἐπὶ τὸ Θ, ὥστε ἑκατέρου | αὐτῶν κέντρον εἶναι τοῦ βάρους τὸ | Θ, ἰσορροπήσουσι κατὰ τὸ Α σημεῖ|ον. ὁμοίως δὲ δειχθήσεται, καὶ ἐὰν ἄλ|λη ἀχθῇ ἐν τῷ ΛΖ παραλληλογράμ|μῳ παρὰ τὴν ΕΖ, καὶ ἀπὸ
66v col. 2 τῆς ἀ|χθείσης ἐπίπεδον ἀνασταθῇ ὀρθὸν | πρὸς τὴν ΑΓ, ὅτι ὁ γενόμενος κύκλος ἐν | τῷ κυλίνδρῳ ἰσορροπήσει πε|ρὶ τὸ Α σημεῖον αὐτοῦ μένων ἀμ|φοτέροις τοῖς κύκλοις τῷ τε | ἐν τῇ σφαίρᾳ γινομένῳ καὶ τῷ | ἐν τῷ κώνῳ μετενεχθεῖσι καὶ τε|θεῖσιν ἐπὶ τοῦ ζυγοῦ κατὰ τὸ Θ οὕτως, | ὥστε ἑκατέρου αὐτῶν κέντρον εἶναι | τοῦ βάρους τὸ Θ. συμπληρω|θέντος οὖν τοῦ κυλίνδρου ὑπὸ τῶν | ληφθέντων κύκλων καὶ τῆς σφαί-|ρας καὶ τοῦ κώνου ἰσορροπήσει | ὁ κύλινδρος περὶ τὸ Α σημεῖον αὐ|τοῦ μένων συναμφοτέροις τῇ | τε σφαίρᾳ καὶ τῷ κώνῳ μετενε|χθεῖσι καὶ τεθεῖσι ἐπὶ τοῦ ζυγοῦ κατὰ | τὸ Θ, ὥστε ἑκατέρου αὐτῶν κέντρον | εἶναι τοῦ βάρους τὸ Θ. ἐπεὶ οὖν ἰσορροπεῖ | τὰ εἰρημένα στερεὰ κατὰ τὸ Α ση|μεῖον τοῦ μὲν κυλίνδρου μένοντος
71r col. 2 περὶ κέντρον | τοῦ βάρους τὸ Κ, τῆς δὲ σφαίρας καὶ |

2 τὸ] τὰ. 3 τὸ] τά. 7 διάμετρος] ἡ διάμετρος. 10 αὐτὸς ὁ] ὁ αὐτὸς. 16 ΛΖ] ΑΓ. 23 τὸ] περὶ τὸ. 30 μένοντος] om.

$\Theta A : A\Sigma = M\Sigma : \Sigma\Pi = M\Sigma^2 : M\Sigma \times \Sigma\Pi$. demonstrauimus autem, esse $M\Sigma \times \Sigma\Pi = \Xi\Sigma^2 + \Sigma\Pi^2$; itaque

$$A\Theta : A\Sigma = M\Sigma^2 : \Xi\Sigma^2 + \Sigma\Pi^2.$$

uerum [Eucl. V, 15]

$$M\Sigma^2 : \Xi\Sigma^2 + \Sigma\Pi^2 = MN^2 : \Xi O^2 + \Pi P^2,$$

et, ut $MN^2 : \Xi O^2 + \Pi P^2$, ita circulus in cylindro positus, cuius diametrus est MN, ad utrumque circulum, et qui in cono est, cuius diametrus est ΠP, et qui in sphaera est, cuius diametrus ΞO [Eucl. XII, 2]; itaque, ut $\Theta A : A\Sigma$, ita circulus in cylindro positus ad circulos in sphaera et in cono positos. quoniam igitur est, ut $\Theta A : A\Sigma$, ita ipse circulus in cylindro positus suo loco manens ad utrumque circulum,[1]) quorum diametri sunt ΞO, ΠP, transpositos et ad Θ ita collocatos, ut Θ centrum grauitatis sit utriusque, in A puncto aequilibritatem seruabunt. similiter autem demonstrabimus, etiam si in parallelogrammo ΛZ alia recta rectae EZ parallela ducatur, et in recta ducta planum erigatur ad $A\Gamma$ perpendiculare, circulum in cylindro ortum suo loco manentem in puncto A cum utroque circulo et in sphaera et in cono ortis transpositis et in libra ad punctum Θ ita collocatis, ut Θ centrum grauitatis sit utriusque, aequilibritatem seruaturum esse. expletis igitur per circulos ita sumptos cylindro et sphaera conoque cylindrus suo loco manens cum utroque simul et sphaera et cono transpositis et in libra ad Θ ita collocatis, ut Θ centrum grauitatis sit utriusque, in A puncto aequilibritatem seruabit. quoniam igitur figurae

1) Lin. 9—14 uereor ne aliquid turbatum sit; nam lin. 11 scribendum fuit ⟨πρὸς⟩ ἀμφοτέρους τοὺς κύκλους κτλ., quod propter lin. 12 restitui nequit. datiuus melius ab ἰσορροπήσουσι lin. 14 penderet (tum scribendum ἰσορροπήσει), et ἐπεὶ lin. 9 — αὐτὸς lin. 10 inutilia sunt; cfr. p. 450, 7 sqq.

τοῦ κώνου μετενηνεγμένων, ὡς | εἴρηται, περὶ κέντρον βάρους τὸ Θ, | ἔσται, ὡς ἡ ΘΑ πρὸς ΑΚ, οὕτως ὁ κύλιν|δρος πρὸς τὴν σφαῖραν καὶ τὸν κῶ|νον. διπλασία δὲ ἡ ΘΑ τῆς ΑΚ· διπλα|σίων ἄρα καὶ ὁ κύλινδρος συναμ|φοτέρου τῆς τε σφαίρας καὶ τοῦ | κώνου. αὐτοῦ δὲ τοῦ κώνου τριπλα|σίων ἐστί· τρεῖς ἄρα κῶνοι ἴσοι εἰσὶ δυ|σὶ κώνοις τοῖς αὐτοῖς καὶ δυσὶ σφαί-|ραις. κοινοὶ ἀφῃρήσθωσαν δύο | κῶνοι· εἷς ἄρα κῶνος ὁ ἔχων τὸ | διὰ τοῦ ἄξονος τρίγωνον τὸ ΑΕΖ | ἴσος ἐστὶ ταῖς εἰρημέναις δυσὶ | σφαίραις. ὁ δὲ κῶνος, οὗ τὸ διὰ | τοῦ ἄξονος τρίγωνον τὸ ΑΕΖ, ἴσος ἐστὶν |
65r col. 1 *ὀκτὼ κώνοις, ὧν ἐστι τὸ διὰ τοῦ | ἄξονος τρίγωνον τὸ ΑΒΔ, διὰ τὸ | διπλῆν εἶναι τὴν ΕΖ τῆς ΒΔ. οἱ ἄρα | ὀκτὼ κῶνοι οἱ εἰρημένοι ἴσοι εἰσὶ | δυσὶ σφαίραις. τετραπλασίων | ἄρα ἐστὶν ἡ σφαῖρα, ἧς μέγιστος | κύκλος ὁ ΑΒΓΔ, τοῦ κώνου, οὗ κορυ|φὴ μέν ἐστι τὸ Α σημεῖον, βάσις | δὲ ὁ περὶ διάμετρον τὴν ΒΔ κύ|κλος ὀρθὸς ὢν πρὸς τὴν ΑΓ.*

ἤχθω|σαν δὴ διὰ τῶν Β, Δ σημείων ἐν | τῷ ΑΖ παραλληλογράμμῳ τῇ | ΑΓ παράλληλοι αἱ ΦΒΧ, ΨΔΩ, καὶ | νοείσθω κύλινδρος, οὗ βάσεις | μὲν οἱ περὶ διαμέτρους τὰς ΦΨ, ΧΩ κύκλοι, ἄξων δὲ ὁ ΑΓ. ἐπεὶ | οὖν διπλάσιός ἐστιν ὁ κύλινδρος, οὗ | ἐστι τὸ διὰ τοῦ ἄξονος παραλλη|λόγραμμον τὸ ΦΩ, τοῦ κυλίνδρου, |
72v col. 1 *⟨οὗ ἐστι τὸ διὰ τοῦ ἄξονος παραλ⟩|ληλόγραμμον τὸ ΦΔ, αὐτὸς δὲ οὗ|τος τριπλασίων ἐστὶν τοῦ κώνου, | οὗ ἐστι τὸ διὰ τοῦ ἄξονος τρίγωνον | τὸ ΑΒΔ, ὡς ἐν τοῖς Στοιχείοις, ἑξα|πλασίων ἄρα ὁ κύλινδρος, οὗ ἐστι | τὸ διὰ τοῦ ἄξονος παραλληλό|γραμμον τὸ ΦΩ, τοῦ κώνου, οὗ | τὸ διὰ τοῦ ἄξονος τρίγωνον τὸ ΑΒΔ. | ἐδείχθη δὲ τοῦ αὐτοῦ κώνου τετρα|πλασία οὖσα ἡ*

solidae, quas diximus, in puncto A aequilibritatem seruant cylindro circum K centrum grauitatis [lemm. 8] manente, sphaera autem conoque circum Θ centrum grauitatis transpositis, erit, ut $\Theta A : AK$, ita cylindrus ad sphaeram conumque [De plan. aequil. I, 6—7]. uerum $\Theta A = 2\,AK$; quare etiam cylindrus utroque simul sphaera conoque duplo maior est. idem autem ipso cono triplo maior est [Eucl. XII, 10]; itaque tres coni duobus conis iisdem et duabus sphaeris aequales sunt. auferantur, qui communes sunt, duo coni; itaque unus conus, cuius triangulus per axem positus AEZ est, duabus sphaeris, quales diximus, aequalis est. sed conus, cuius triangulus per axem positus AEZ est, aequalis est octo conis, quorum triangulus per axem positus $AB\Delta$ est [Eucl. XII, 12], quia $EZ = 2\,B\Delta$; quare octo coni, quales diximus, duabus sphaeris aequales sunt. ergo sphaera, cuius maximus circulus est $AB\Gamma\Delta$, quadruplo maior est cono, cuius uertex est punctum A, basis autem circulus circum diametrum $B\Delta$ ad $A\Gamma$ perpendicularis.[1])

iam per puncta B, Δ in parallelogrammo ΔZ rectae $A\Gamma$ parallelae ducantur $\Phi B X$, $\Psi\Delta\Omega$, et fingatur cylindrus, cuius bases sint circuli circum diametros $\Phi\Psi$, $X\Omega$, axis autem $A\Gamma$. quoniam igitur cylindrus, cuius parallelogrammum per axem positum $\Phi\Omega$ est, duplo maior est cylindro, cuius parallelogrammum per axem positum $\Phi\Delta$ est [Eucl. XII, 14], hic autem ipse cono, cuius triangulus per axem positus $AB\Delta$ est, triplo maior est, ut in Elementis[2]) est [Eucl. XII, 10], cylindrus, cuius parallelogrammum per axem positum $\Phi\Omega$ est, cono, cuius triangulus per axem positus $AB\Delta$

1) Est De sph. et cyl. I, 34.

2) Suspicor, uerba *ὡς ἐν τοῖς Στοιχείοις* p. 444, 27 sq. interpolatoris esse; nam desideratur *δέδεικται*, nec intellegitur, cur hoc solo loco Euclidis opus nominatim citatum sit.

4 *διπλασίων*] *διπλάσιον*. 20 *ΦΒΧ, ΨΔΩ*] $\overline{\varphi\beta}$ $\overline{\chi\psi}$ $\delta\overline{\omega}$. 21 *νοείσθω κύλινδρος, οὗ*] *νοείσθωσαν κύλινδροι ὧν*. 22 *κύκλοι*] *κύκλους*.

σφαῖρα, ἧς μέ|γιστός ἐστιν κύκλος ὁ $AB\Gamma\Delta$· | ἡμιόλιος ἄρα ὁ κύλινδρος τῆς | σφαίρας· ὅπερ ἔδει δειχθῆναι. |

Τούτου τεθεωρημένου, διότι πᾶ|σα σφαῖρα τετραπλασία ἐστὶ τοῦ | κώνου τοῦ βάσιν μὲν ἔχοντος 65r col. 2 τὸν | μέγιστον κύκλον, ὕψος δὲ ἴσον | τῇ ἐκ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας, | ἡ ἔννοια ἐγένετο, ὅτι πάσης σφαί-|ρας ἡ ἐπιφάνεια τετραπλασία ἐστὶ | τοῦ μεγίστου κύκλου τῶν ἐν τῇ σφαί|ρᾳ· ὑπόληψις γὰρ ἦν, καὶ διότι πᾶς κύκλος | ἴσος ἐστὶ τριγώνῳ τῷ βάσιν μὲν ἔχον|τι τὴν τοῦ κύκλου περιφέρειαν, ὕψος | δὲ ἴσον τῇ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ κύκλου, | καὶ διότι πᾶ|σα σφαῖρα | ἴση ἐστὶ κώ|νῳ τῷ βά|σιν μὲν ἔχον|τι τὴν ἐπι|φάνειαν τῆς | σφαίρας, ὕψος | δὲ ἴσον τῇ ἐκ | τοῦ κέντρου | τῆς σφαίρας.

γʹ.

72v col. 2 Θεωρεῖται δὲ διὰ τοῦ τρόπου ταύτου | ⟨καί, ὅτι ὁ κύλινδρος ὁ τὴν μὲν βάσιν⟩ | ἔχων ἴσην τῷ μεγίστῳ κύκλῳ τῶν | ἐν τῷ σφαιροειδεῖ, ὕψος δὲ ἴσον τῷ | ἄξονι τοῦ σφαιροειδοῦς, ἡμιόλιός ἐστι | τοῦ σφαιροειδοῦς·| τούτου δὲ θεωρη|θέντος φανερόν, ὅτι παντὸς σφαι-|ροειδοῦς ἐπιπέδῳ τμηθέντος δι|ὰ τοῦ κέντρου ὀρθῷ πρὸς τὸν ἄ|ξονα τὸ ἥμισυ τοῦ σφαιροειδοῦς δι|πλάσιόν ἐστι τοῦ κώνου τοῦ βάσιν | μὲν ἔχοντος τὴν αὐτὴν τῷ τμή|ματι καὶ ἄξονα τὸν αὐτόν.

ἔστω γάρ τι | σφαιροειδὲς καὶ τετμήσθω ἐπιπέ|δῳ διὰ τοῦ ἄξονος, καὶ γινέσθω ἐν | τῇ ἐπιφανείᾳ αὐτοῦ ὀξυγωνίου | κώνου τομὴ ἡ $AB\Gamma\Delta$, διάμετροι δὲ | αὐ-
65v col. 1 τῆς ἔστωσαν αἱ $A\Gamma$, $B\Delta$, κέντρον | δὲ τὸ K, ἔστω δὲ κύκλος ἐν τῷ σφαι|ροειδεῖ περὶ διάμετρον τὴν $B\Delta$

1 ἐστιν] μέν ἐστιν ὁ. 4 τούτου τεθεωρημένου] τοῦ τοῦ τεθεωρήματος. 5 τοῦ] om. 12—15 Hic fig. p. 441. 16 γʹ] om. 23 τὸν] τε τὸν.

est, sexcuplo maior est. demonstrauimus autem, sphaeram, cuius circulus maximus sit $AB\Gamma\Delta$, eodem cono quadruplo maiorem esse; ergo cylindrus dimidia parte maior est sphaera; quod erat demonstrandum.[1])

Hoc examinato, omnem sphaeram cono basim habenti circulum maximum, altitudinem autem radio sphaerae aequalem, quadruplo maiorem esse, orta est opinio, omnis sphaerae superficiem quadruplo maiorem esse circulo maximo sphaerae;[2]) supposui enim, sicut omnis circulus triangulo basim habenti ambitum circuli, altitudinem autem radio circuli aequalem, aequalis sit,[3]) ita etiam omnem sphaeram cono aequalem esse basim habenti superficiem sphaerae, altitudinem autem radio sphaerae aequalem.

III.

Per hanc methodum hoc quoque examinatur, cylindrum basim habentem maximo circulo sphaeroidis aequalem, altitudinem autem axi sphaeroidis aequalem, dimidia parte maiorem esse sphaeroide; quo examinato adparet, quouis sphaeroide per centrum plano ad axem perpendiculari secto dimidium sphaeroidis cono eandem basim altitudinemque eandem habenti, quam segmentum, duplo maius esse.[4])

Sit enim sphaeroides aliquod planoque per axem secetur, et in superficie eius sectio coni acutianguli efficiatur $AB\Gamma\Delta$, diametri autem eius sint $A\Gamma$, $B\Delta$ centrumque K, et in sphaeroide circulus sit circum diametrum $B\Delta$ ad $A\Gamma$ perpendi-

1) Est De sph. et cyl. I, 34 coroll. ceterum clausulam illam sollemnem demonstrationum addi non debuisse, adparet ex p. 438, 16 sq.
2) Demonstratur De sph. et cyl. I, 33.
3) De dim. circ. 1.
4) De conoid. et sphaeroid. 27.

ὀρθ|ὸς πρὸς τὴν ΑΓ, νοείσθω δὲ κῶνος βά|σιν ἔχων τὸν εἰρημένον κύκλον, κο|ρυφὴν δὲ τὸ Α σημεῖον, καὶ ἐκβλη|θείσης τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ τετ|μήσθω ὁ κῶνος ἐπιπέδῳ διὰ τοῦ | Γ παρὰ τὴν βάσιν· ἔσται δὴ ἡ τομὴ | αὐτοῦ κύκλος ὀρθὸς πρὸς τὴν ΑΓ, διά|μετρος δὲ αὐτοῦ ἡ ΕΖ. ἔστω δὲ καὶ κύ|λινδρος βάσιν μὲν ἔχων τὸν αὐτὸν | κύκλον, οὗ διάμετρος ἡ ΕΖ, ἄξονα | δὲ τὴν ΑΓ εὐθεῖαν, καὶ ἐκβληθείσης | τῆς ΓΑ κείσθω αὐτῇ ἴση ἡ ΑΘ, καὶ νο|είσθω ζυγὸς ὁ ΘΓ, μέσον δὲ αὐτοῦ τὸ | Α, ἤχθω δέ τις ἐν τῷ ΑΖ παραλλη|λογράμμῳ παρὰ τὴν ΕΖ ἡ ΜΝ, καὶ | ἀπὸ τῆς ΜΝ ἐπίπεδον ἀνεστάτω ὀρ|⟨θὸν πρὸς τὴν ΑΓ· ποιήσει δὴ
72r col. 1 τοῦτο ἐν⟩ | μὲν τῷ κυλίνδρῳ τομὴν κύκλον, | οὗ διάμετρος ἡ ΜΝ, ἐν δὲ τῷ σφαιρο|ειδεῖ τομὴν κύκλον, οὗ διάμετρος ἡ ΞΟ, ἐν δὲ τῷ | κώνῳ τομὴν κύκλον, οὗ διάμετρος | ἡ ΠΡ.

καὶ ἐπεί ἐστιν, ὡς ἡ ΓΑ πρὸς τὴν ΑΣ, | οὕτως ἡ ΕΑ πρὸς ΑΠ, τουτέστιν ἡ ΜΣ πρὸς | τὴν ΣΠ, ἴση δὲ ἡ ΓΑ τῇ ΑΘ, ὡς ἄρα ἡ | ΘΑ πρὸς ΑΣ, οὕτως ἡ ΜΣ πρὸς ΣΠ. ὡς δὲ ἡ | ΜΣ πρὸς ΣΠ, οὕτως τὸ ἀπὸ ΜΣ πρὸς τὸ ὑπὸ ΜΣ, | ΣΠ· τῷ δὲ ὑπὸ ΜΣ, ΣΠ ἴσα τὰ ἀπὸ τῶν | ΠΣ, ΣΞ. ἐπεὶ γάρ ἐστιν, ὡς τὸ ὑπὸ ΑΣ, ΣΓ | πρὸς τὸ ἀπὸ ΣΞ, οὕτως τὸ ὑπὸ ΑΚ, ΚΓ, | τουτέστιν τὸ ἀπὸ ΑΚ, πρὸς τὸ ἀπὸ ΚΒ | [ἀμφότεροι γὰρ οἱ λόγοι ἐν τῷ τῆς | πλαγίας πρὸς τὴν ὀρθίαν εἰσίν], ὡς | δὲ τὸ ἀπὸ ΑΚ πρὸς τὸ ἀπὸ ΚΒ, οὕτως τὸ ἀπὸ ΑΣ | πρὸς τὸ ἀπὸ ΣΠ, ἐναλλὰξ ἄρα
65v col. 2 ἔσται, ὡς τὸ | ἀπὸ ΑΣ πρὸς τὸ ὑπὸ ΑΣΓ, τὸ ἀπὸ

6 καὶ] καὶ ὁ. 9 ζυγὸς] ὁ ζυγός. 14 κύκλον] om. 25 ἀμφότεροι — 26 εἰσίν] deleo.

cularis, fingatur autem conus basim habens circulum, quem significauimus, uerticem autem A punctum, et producta eius superficie conus per Γ plano basi parallelo secetur; sectio igitur eius circulus erit ad $A\Gamma$ perpendicularis eiusque diametrus EZ. sit autem etiam cylindrus basim habens eundem circulum, cuius diametrus est EZ, axem autem rectam $A\Gamma$, et recta ΓA producta aequalis ei ponatur $A\Theta$, libraque fingatur $\Theta\Gamma$, medium autem eius punctum A, et in parallelogrammo AZ rectae EZ parallela ducatur recta aliqua MN, in MN autem planum erigatur ad $A\Gamma$ perpendiculare; hoc igitur sectionem efficiet in cylindro circulum, cuius diametrus est MN, in sphaeroide autem circulum, cuius diametrus est ΞO [De conoid. 11 c], in cono autem circulum, cuius diametrus est ΠP.



et quoniam est $\Gamma A : A\Sigma = EA : A\Pi$ [Eucl. VI, 4] $= M\Sigma : \Sigma\Pi$ [Eucl. VI, 4; V, 18], et $\Gamma A = A\Theta$, erit

$$\Theta A : A\Sigma = M\Sigma : \Sigma\Pi.$$

uerum $M\Sigma : \Sigma\Pi = M\Sigma^2 : M\Sigma \times \Sigma\Pi$; et $M\Sigma \times \Sigma\Pi = \Pi\Sigma^2 + \Sigma\Xi^2$. quoniam enim

$$A\Sigma \times \Sigma\Gamma : \Sigma\Xi^2 = AK \times K\Gamma : KB^2\,{}^{1)} = AK^2 : KB^2,$$

1) Propter proprietatem ellipsis (Apollonius, Conic. I, 21) Archimedi quoque notam (u. ZMP. XXV p. 47 nr. 5). uerba *ἀμφότεροι* lin. 25 — *εἰσίν* lin. 26 interpolata sunt; nam uocabula *πλαγία* et *ὀρθία* ab Apollonio demum usurpata sunt.

ΠΣ | πρὸς τὸ ἀπὸ ΣΞ. ὡς δὲ τὸ ἀπὸ ΑΣ πρὸς τὸ ὑπὸ | ΑΣΓ, τὸ ἀπὸ ΣΠ πρὸς τὸ ὑπὸ ΣΠ, ΠΜ· ἴ|σον ἄρα τὸ ὑπὸ ΜΠ, ΠΣ τῷ ἀπὸ ΞΣ. κοι|νὸν προσκείσθω τὸ ἀπὸ ΠΣ· τὸ ἄρα | ὑπὸ ΜΣ, ΣΠ τοῖς ἀπὸ ΠΣ, ΣΞ ἴσον. | ὡς ἄρα ἡ ΘΑ πρὸς ΑΣ, τὸ ἀπὸ ΜΣ πρὸς τὰ | ἀπὸ ΠΣ, ΣΞ. ὡς δὲ τὸ ἀπὸ ΜΣ πρὸς τὰ | ἀπὸ ΣΞ, ΣΠ, οὕτως ὁ ἐν τῷ κυλίνδρῳ | κύκλος, οὗ διάμετρος ἡ ΜΝ, πρὸς ἀμ|φοτέρους τοὺς κύκλους, ὧν διά|μετροι αἱ ΞΟ, ΠΡ· ὥστε ἰσορροπή|σει περὶ τὸ Α σημεῖον ὁ κύκλος, | οὗ διάμετρος ἡ ΜΝ, αὐτοῦ μένων | ἀμφοτέροις τοῖς κύκλοις, ὧν διά|μετροι αἱ ΞΟ, ΠΡ, μετενεχθεῖσι καὶ | τεθεῖσιν τοῦ ζυγοῦ κατὰ τὸ Θ,
72r col. 2 ὥστε | ἑκατέρου αὐτῶν κέντρον εἶναι τοῦ | βάρους τὸ Θ. συναμφοτέρων δὲ τῶν | κύκλων, ὧν εἰσι διάμετροι αἱ ΞΟ, ΠΡ, | μετενηνεγμένων κέντρον τοῦ βά|ρους τὸ Θ· καὶ ὡς ἄρα ἡ ΘΑ πρὸς | ΑΣ, οὕτως ὁ κύκλος, οὗ διάμετρος ἡ ΜΝ, πρὸς ἀμ|φοτέρους τοὺς κύκλους, ὧν διά|μετροι αἱ ΞΟ, ΠΡ. ὁμοίως δὲ δειχθή|σεται, καὶ ἐὰν ἄλλη τις ἀχθῇ ἐν | τῷ ΑΖ παραλληλογράμμῳ παρὰ | τὴν ΕΖ, καὶ ἀπὸ τῆς ἀχθείσης ἐ|πίπεδον ἀνασταθῇ ὀρθὸν πρὸς τὴν | ΑΓ, ὅτι ὁ γενόμενος κύκλος ἐν τῷ κυλίν|δρῳ ἰσορροπήσει περὶ τὸ Α ση|μεῖον αὐτοῦ μένων συναμφοτέ|ροις τοῖς κύκλοις τῷ τε ἐν τῷ | σφαιροειδεῖ γινομένῳ καὶ τῷ ἐν τῷ | κώνῳ μετενεχθεῖσιν
58r col. 1 τοῦ ζυγοῦ | κατὰ τὸ Θ οὕτως, ὥστε ἑκατέρου | αὐτῶν κέντρον εἶναι τοῦ βάρους | τὸ Θ. συμπληρωθέντος οὖν τοῦ κυ|λίνδρου ὑπὸ τῶν ληφθέντων | κύκλων καὶ τοῦ σφαιροειδοῦς καὶ | τοῦ κώνου ἰσόρροπος ὁ κύλινδρος | ἔσται περὶ τὸ Α σημεῖον αὐτοῦ μέ|νων τῷ τε σφαι-

6 ΠΣ] $\overline{\mu\sigma}$. 9 ἰσορροπήσει] ἰσορροπήσουσι. 21 ὅτι] om. 24 τῷ (pr.)] om.

et $AK^2 : KB^2 = A\Sigma^2 : \Sigma\Pi^2$ [Eucl. VI, 4], permutando [Eucl. V, 16] erit

$$A\Sigma^2 : A\Sigma \times \Sigma\Gamma = \Pi\Sigma^2 : \Sigma\Xi^2.$$

uerum $A\Sigma^2 : A\Sigma \times \Sigma\Gamma = \Sigma\Pi^2 : \Sigma\Pi \times \Pi M$ [Eucl. VI, 4; V, 15]; itaque $M\Pi \times \Pi\Sigma = \Xi\Sigma^2$ [Eucl. V, 9]. commune adiiciatur $\Pi\Sigma^2$; itaque $M\Sigma \times \Sigma\Pi$ [Eucl. II, 3] $= \Pi\Sigma^2 + \Sigma\Xi^2$. quare $\Theta A : A\Sigma = M\Sigma^2 : \Pi\Sigma^2 + \Sigma\Xi^2$. sed ut

$$M\Sigma^2 : \Sigma\Xi^2 + \Sigma\Pi^2,$$

ita circulus in cylindro positus, cuius diametrus est MN, ad utrumque circulum, quorum diametri sunt ΞO, ΠP [Eucl. XII, 2]; quare circulus, cuius diametrus est MN, suo loco manens circum punctum A aequilibritatem seruabit cum utroque circulo, quorum diametri sunt ΞO, ΠP, transpositis et in libra ad Θ ita collocatis, ut Θ utriusque centrum grauitatis sit. ⟨circuli autem, cuius diametrus est MN, suo loco manentis centrum grauitatis est Σ⟩[1] [lemm. 7], et utriusque simul circuli, quorum diametri sunt ΞO, ΠP, transpositorum centrum grauitatis est Θ [cfr. lemm. 1]; quare erit, ut $\Theta A : A\Sigma$, ita circulus, cuius diametrus est MN, ad utrumque circulum, quorum diametri sunt ΞO, ΠP. similiter autem demonstrabimus, etiam, si alia aliqua recta in parallelogrammo AZ rectae EZ parallela ducatur, et a recta ita ducta planum erigatur ad $A\Gamma$ perpendiculare, circulum in cylindro ortum suo loco manentem circum A punctum aequilibritatem seruaturum esse cum utroque simul circulo in sphaeroide conoque ortis transpositis ad punctum Θ librae ita, ut utriusque centrum grauitatis sit Θ. expletis igitur per circulos sumptos cylindro, sphaeroide, cono cylindrus suo loco manens cum sphaeroide conoque transpositis et in libra ad Θ ita collocatis, ut utriusque centrum grauitatis sit Θ, circum punctum A aequilibritatem seruabit. et

1) Haec fere post Θ lin. 14 aut addenda aut saltem cogitatione supplenda, nisi forte pro δὲ lin. 14 scribendum δή.

ροειδεῖ καὶ τῷ κώ|νῳ μετενεχθεῖσι καὶ τεθεῖσιν | ἐπὶ τοῦ ζυγοῦ κατὰ τὸ Θ οὕτως, ὥσ|τε ἑκατέρου αὐτῶν κέντρον εἶναι | τοῦ βάρους τὸ Θ. καί ἐστι τοῦ μὲν κυ-|λίνδρου κέντρον τοῦ βάρους τὸ Κ, | τοῦ δὲ σφαιροειδοῦς καὶ τοῦ κώνου | συναμφοτέρων, ὡς ἐρρέθη, κέν-|τρον τοῦ βάρους τὸ Θ· ἔστιν οὖν, | ὡς ἡ ΘΑ πρὸς ΑΚ, ὁ κύλινδρος | πρὸς ἀμφότερα τό τε σφαιρο|⟨ειδὲς
63v col. 1 καὶ τὸν κῶνον⟩. δ⟨ιπλα⟩σία | δὲ ἡ ΑΘ τῆς ΑΚ· διπλάσιος ἄρα | καὶ ὁ κύλινδρος ἀμφοτέρων τοῦ | τε σφαιροειδοῦς καὶ τοῦ κώνου· | εἷς ἄρα κύλινδρος ἴσος δυσὶν | κώνοις καὶ δυσὶ σφαιροειδέσιν. | εἷς δὲ κύλινδρος ἴσος ἐστὶ τρισὶ κώ|νοις τοῖς αὐτοῖς· τρεῖς ἄρα κῶνοι ἴσοι | εἰσὶ δυσὶ κώνοις καὶ δυσὶ σφαιρο|ειδέσι. κοινοὶ ἀφῃρήσθωσαν | δύο κῶνοι· λοιπὸς ἄρα εἷς κῶνος, | οὗ ἐστι τὸ διὰ τοῦ ἄξονος τρίγωνον τὸ Α|ΕΖ, ἴσος ἐστὶ δυσὶ σφαιροειδέσιν. εἷς δὲ | κῶνος ὁ αὐτὸς ἴσος ἐστὶν ὀκτὼ κώνοις, | ὧν ἐστι τὸ διὰ τοῦ ἄξονος τρίγωνον τὸ | ΑΒΔ· ὀκτὼ ἄρα κῶνοι οἱ εἰρημένοι
58r col. 2 ἴσ|οι εἰσὶ δυσὶ σφαιροειδέσιν· καὶ τέσσαρες | ἄρα κῶνοι ἴσοι ἑνὶ σφαιροειδεῖ· | τετραπλάσιον ἄρα ἐστὶ τὸ σφαιροειδὲς | τοῦ κώνου, οὗ κορυφὴ μέν ἐστι τὸ Α σημεῖ|ον, βάσις δὲ ὁ περὶ διάμετρον τὴν | ΒΔ κύκλος ὀρθὸς ὢν πρὸς τὴν ΑΓ, καὶ | τὸ ἥμισυ τοῦ σφαιροειδοῦς διπλάσι|όν ἐστι τοῦ εἰρημένου κώνου.

ἤχθωσαν | δὲ διὰ τῶν Β, Δ σημείων ἐν τῷ ΑΖ παρ|αλληλογράμμῳ τῇ ΑΓ παράλλη|λοι αἱ ΦΧ, ΨΩ, καὶ νοείσθω κύλινδρος, | οὗ βάσεις μὲν οἱ περὶ διαμέτρους | τὰς ΦΨ, ΧΩ κύκλοι, ἄξων δὲ ἡ ΑΓ | εὐθεῖα.

ἐπεὶ οὖν διπλάσιός ἐστιν ὁ κύλιν|δρος, οὗ ἐστι τὸ διὰ τοῦ ἄξονος παραλλη|λόγραμμον τὸ ΦΩ, τοῦ κυλίνδρου, οὗ | τὸ διὰ τοῦ ἄξονος παραλληλόγραμμον

τὸ | ΦΔ, διὰ τὸ ἴσας αὐτῶν εἶναι τὰς βά|σεις, τὸν δὲ ἄξονα τοῦ ἄξονος διπλά|σιον, αὐτὸς δὲ ὁ κύλινδρος, οὗ τὸ | διὰ τοῦ ἄξονος παραλληλόγραμμον | τὸ ΦΔ, τρι- 63v col. 2

---

centrum grauitatis est cylindri punctum K [lemm. 8], sphaeroidis autem conique coniunctorum punctum Θ, ut dictum est [p. 450, 25]; erit igitur, ut $\Theta A : AK$, ita cylindrus ad utrumque et sphaeroides et conum. uerum $A\Theta = 2\,AK$; quare etiam cylindrus utroque et sphaeroide et cono duplo maior est, h. e. unus cylindrus duobus conis et duobus sphaeroidibus aequalis est. uerum unus cylindrus tribus conis iisdem aequalis est [Eucl. XII, 10]; itaque tres coni duobus conis et duobus sphaeroidibus aequales sunt. auferantur, qui communes sunt, duo coni; itaque, qui relinquitur, unus conus, cuius triangulus per axem positus AEZ est, duobus sphaeroidibus aequalis est. sed unus conus idem octo conis, quorum triangulus per axem positus $AB\Delta$ est, aequalis est; itaque octo coni, quales diximus, duobus sphaeroidibus aequales sunt, h. e. quattuor coni uni sphaeroidi aequales; sphaeroides igitur quadruplo maius est cono, cuius uertex est punctum A, basis autem circulus circum diametrum $B\Delta$ descriptus ad $A\Gamma$ perpendicularis, et dimidium sphaeroidis cono, quem diximus, duplo maius est.

ducantur autem in ΔZ parallelogrammo per puncta B, Δ rectae $A\Gamma$ parallelae ΦX, $\Psi\Omega$, et fingatur cylindrus, cuius bases sint circuli circum diametros $\Phi\Psi$, $X\Omega$ descripti, axis autem $A\Gamma$ recta.

quoniam igitur cylindrus, cuius parallelogrammum per axem positum $\Phi\Omega$ est, duplo maior est cylindro, cuius parallelogrammum per axem positum $\Phi\Delta$ est [Eucl. XII, 13], quia bases eorum aequales sunt, axis autem axe duplo maior, et ipse cylindrus, cuius parallelogrammum per axem positum

---

1 τεθεῖσιν] τεθείσης. 5 τοῦ κώνου] τῷ κώνῳ. συναμφοτέρων] συναμφότερον. 12 τρισί] τρεῖς. 14 κοινοί] κώνοις. 24 διπλάσιον] διπλάσιος. 28 ΦΨ, ΧΩ] φχ ψω. ἡ] τῇ. εὐθεῖα] εὐθείᾳ. 34 τριπλασίων] τριπλάσιον.

πλασίων ἐστὶ τοῦ κώνου, | οὗ κορυφὴ μὲν τὸ A σημεῖον, βάσις | δὲ ὁ περὶ διάμετρον τὴν $B\Delta$ κύκλος | ὀρθὸς ὢν πρὸς τὴν $A\Gamma$, ἑξαπλά|σιος ἄρα ὁ κύλινδρος, οὗ ἐστι τὸ διὰ τοῦ | ἄξονος παραλληλόγραμμον τὸ | $\Phi\Omega$, τοῦ εἰρημένου κώνου. ἐδείχθη | δὲ τοῦ αὐτοῦ κώνου τετραπλάσιον |. τὸ σφαιροειδές· ἡμιόλιος ἄρα ἐστὶν ὁ | κύλινδρος τοῦ σφαιροειδοῦς· $\overline{οι}$.

δ'.

Ὅτι δὲ πᾶν | τμῆμα ὀρ|θογωνίου κω|νοειδοῦς ἐπι-|
58v col. 1 πέδῳ ἀπο|τεμνόμενον | ὀρθῷ πρὸς τὸν ἄξονα ἡμιόλιόν | ἐστι τοῦ κώνου τοῦ βάσιν ἔχοντος | τὴν αὐτὴν τῷ τμήματι καὶ τὸν ἄ|ξονα τὸν αὐτόν, ὧδε διὰ τοῦ τρόπου | τούτου θεωρεῖται·

